Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26393
Copyright: Admont, Benediktinerstift

prudentem me fecisti mandato tuo quia in
æternum michi est. Super omnes docentes me intel
lexi quia testimonia tua meditatio mea est.
Super senes intellexi quia mandata tua quesiui.
Ab omni via mala prohibui pedes meos ut custo
diam uerba tua. A iudiciis tuis non declina
ui quia tu legem posuisti michi. Quam dul
cia faucibus meis eloquia tua super mel or
meo. A mandatis tuis intellexi propterea odiui
omnem uiam iniquitatis. Lucerna pedib
meis uerbum tuum. & lumen semitis meis.
Iuraui & statui custodire iudicia iustitiæ
tuæ. Humiliatus sum usq; quaq; dne uiui
fica me secm uerbum tuum. Voluntaria
oris mei beneplacita fac dne. & iudicia
tua doce me. Anima mea in manibus meis
semp. & legem tuam non sum oblitus. Po
suerunt peccatores laqueum mi. & de man
datis tuis non erraui. Hereditate acquisiui
testimonia tua in æternum quia exultatio
cordis mei sunt. Inclina mihi cor meum